rio Super bonis proprijs Certis videlicet Sortibus in Villa
Czyszki iacen et consisten et Actis Officij praesentis
ad Soluendum per eundem Generosum Notarium loci
praesentis assecurata Coram Officio praesenti Castren
Capitan Premyslien Feria Tertia post Festum Con
uersionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno prae
senti Suo et nomine Sui Recognoscentis facta et reco
gnita, Eandem Inscriptionem quietationam modo prae
misso recognitam in toto et per omnia approbat Confir
mat et ratificat.

Gostomski et Sasin mutuo sibi Intercisam Roborant.

523 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesenti
bus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus
Gnosi Joannes de Lezenice Gostomski Subdapifer Ter:
rae Sanocen ab Una et Valentinus de Niemyie Sasin
parte ab altera Sani mentibus et corporibus existen:
tes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus
Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo: Prae
senti vero Castrensi, Capitaneali, Premysliensi Ju:
risdictioni quoad Actum hunc attinet Se cum Successo:
ribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et ple
narie incorporando atq subijciendo palam libere pu:
blice ac per expressum recognouerunt, et quilibet
illorum seorsim. Suo pro interesse recognouit. Quia
ipsi, et quidem Generosus Sasin Suo et Gnoso Cristi
na

XXI.

Cristinæ Iwanowska Consortis Suæ nomine pro cuius rati habitione cauet ac se præsentibus inscribit nomine sibi mutuo et inuicem. Una pars alteri ac posteris utriusque partis se ac suos Successores in et Super bonis Suis generaliter omnibus, Summisque quibusuis pecuniarijs habitis et habendis, inscribunt et obligant præsentibus. Intercisam certam inter se Recognoscen. perfatamque Gnosam Sasinowa Unius Recognoscen. Consortem, ratione Arendæ bonorum Villæ Ciesnacin, tum et Certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu data illius hic Premysliæ feria tertia post festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno præsenti confectam, conscriptam manibus Sui Recognos. proprijs, et quidem Gnosæ Sasin manuducta ab utrisque subscrip. Vadiisque quatuor Millium florenorum Polonicalium ad tenendum firmatam. In omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus punctis clausulis articulis Vadiis Ligamentis ac nexibus gntis universis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare: omnibusque et singulis illius Contentis tam in toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roborationem et Inscriptionem præsentem Roborationem ad præd. dictam Intercisam vicissim in toto referendo; idque sub Vadio simili summæ Quatuor Millium florenorum Polonicalium, per partem paiti cum Successoribus

Utrius [illegible]

Utriusq partis ob non completionem Contentorum Inter-
cisi praefati omnium et Singulorum tam in toto quam
in quavis minima illius parte toties quoties opus
fuerit ad Soluendum Succumbendo. Nihilominus
Unus Recognoscentium, nempe Gnosus Sasin debebit
et tenebitur, prout se ac Suos Succores in et Super bonis
Suis generaliter omnibus Summisq quibusvis pecu-
niarijs habitis et habendis inscribit et obligat, memo-
ratam Gnosam Cristinam Iwanowska Consortem Suam
cum assistentia Sui Recognoscentis ad approbandum
per ipsam Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel
similem Suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authen-
tica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia
intra Decursum duodecem Septimanum, vel in euentu morti
contis Succores adducere et personaliter statuere ab eaq
vel Successoribus ipsius ut praemissa debite exequan-
tur efficere. Idq Sub Vadio alio Simili Summae Quatuor
Millium florenorum Polonicalium per eundem Recogno-
scentem Valentinum Sasin Sive ipsius Succores praefato
Gnoso Ioanni de Lezenice Gostomski eiusq posteris ob
non Statutionem Suprascripti Consortis Suae pro tempore et
loco Superius expressis ad Soluendum Succumbendo.
Pro quo quidem Vadio Vel Vadijs modo praemisso ad
Soluendum Succubitt ac pro re aliqua principali ex Con-
tentis Intercisi praefati non completa complenda Su-
pramemorataq Statuenda non Statuta Citata existens
memorata Recognoscens Pars una Sive eius posteri
praemissa non tenens Ad Instantiam partis alterius

praemissa

prǽmissa tenentis et adimplentis aut illius successorum ad
Officium prǽsens Castren: Capitaneale Premyslien:
extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat
mediante semper in primo Citationis Termino tanqm.
peremptorium stare Juri parere, respondere Va:
dium vel Vadia prǽstacta luere Inscriptioni prǽsenti
satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tene:
bitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscri:
bit et obligat prǽsentibus: Illum primum Terminum
peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causa
eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera Infirmitate pro
maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel ex
tra Regnum Servitio Militari, ad Munimenta, ad Evi:
ctorem, vel alijs quibusvis dilationibus, et Legali
bus Impedimentis non differendo, ad Quietationem prǽ:
terea Ultra primos et proximos Officij prǽfati Castren:
Capitan: Premyslien: Terminos Dilationem sibi non
recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes ac earu
prosecutiones faciendo ac prǽmissa omnia prǽnis
simplicis vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus
fatalijs Juris prǽscriptione Terrestri bello Convertioneq
ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subter
fugiendo, nec alio quovis evadendo modo. Hac sua
prǽsenti personali Recognitione ad prǽmissa omnia
et singula mediante.

Gostomski Subdapifer Sanocen:
Rychlinskim Coniugibus Roborat.